Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8323
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ferendis que mandamus / auctoritate apostolica nobis commissa qua et aliis catholicis dictis diebus et festivis publice
ad audiendum divinum officium congregatis / monetis generaliter ad justificandum dictorum religiosorum omnium
occultatores seu occultos detentores decimarum consulendum / et aliorum bonorum predictorum in pristinum statum
apostolica designatorum / vt ipsum infra duodecim dies / post hunc monitorium primum sequentes / quorum duodecim
dierum / quatuor pro primo / quatuor pro secundo / et reliquos quatuor dies pro tertio et peremptorio
termino / et monitorium tertia eisdem assignamus et assignamus / hunc bonorum dictorum abbatis et conventus
a se debita restituant et relinquant / ac de eisdem plenam / et debitam satisfactionem impendant
et quod id facere alioquin octo dictum dictos duodecim dies / immediate sequentes / quos ex supplicatione
et peremptorio termino / ad id faciendum / eisdem assignamus et assignamus / quod si id non adimplerint
extunc dictis octo diebus elapsis / dictas tertia monitorium primum / eosdem occultatores seu occultos
detentores bonorum predictorum / quod exinde innodamus / in hiis scriptis / eisdem palam et publice
per vos nuntiari mandamus excedentes / donec a nobis vel superiore nostro / aliud super hiis receperitis
in mandatis / inquantum fieri

Processus excomunicationis publice facte in Collegiata ad excomunicandum

Reuerendissimo in xpo patri et domino domino N. dei gratia episcopo Ratisponensi / ac eius
vicario et officiali et aliis ipsorum et omnibus et subditis Nicolaus Seuenmut
ac reliqui in eisdem prebis dicte ecclesie episcopalis ac vicariis vicariis dicte abbatisse ipsorum
decanis dictorum diaconis Cantoribus Thesaurariis / tam cathedralium quam collegiatarum canonicis
prebendatis / cathedralium rectoribus et locatenentibus eorundem / vicariis perpetuis plebium curatis et non curatis
ac aliarum ecclesiarum et monasteriorum religiosorum collegiis quorumcumque ordinum exemptorum et
non exemptorum Guardianis Prioribus et Conventibus / ac vniuersis et singulis inquisitoribus
heretice prauitatis iusticiariis / auditoribus capitaneis et conpulatoribus aliisque iudicibus
ordinariis seu extraordinariis quibuscumque / quacumque auctoritate fungentibus / ac omnibus aliis et
singulis cuiscumque status ordinis gradus conditionis dignitatis preeminentie status vel auctoritatis
existant quorum notitiam indecet et quos infra tenor presentium tangit / tangere potest quomodolibet
in futurum / cuiuscumque vel diuersis quibuscumque nominibus censeant Johannes de N. licentiatus
in legibus Thesaurarius ecclesie Ratisponensis Iudex et executor diuinum ad infrascripta a sede apostolica
specialiter deputatus / salutem in domino et mandare diuinum apostolicis firmiter edictis mandatis / litteras sedis
in eisdem prudentia et diuina diuina prudencia ipse quarum eius vera bulla plumbea
cum cordula canapis more Romane curie bullatas sanas et integras non viciatas non cancellatas
non abrasas / nec in aliqua earum parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspicione carentes
nobis per honorabilem et circumspectum virum magistrum Guidonem Jordani licentiatum in legibus illustrissimi
principis ac domini domini Philippi dei gratia ducis Burgundie Brabancie comitis Flandrie
Hirtisii Burgundie palatini et Marchionis sacri imperii / domini de Salinis et de
Malthelica in dicta litte principalem oratorem ad infrascripta facienda per ipsum sufficienter constitutum
coram notariis et testibus infrascriptis publicatas nos ea quia decuit reuerencia recepisse nouimus
hunc sub tenore Eugenius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Thesaurario ecclesie Ratisponensis
salutem et apostolicam benedictionem Ex supreme prudencia maiestatis in apostolice dignitatis specula constituti cura
omnium quarum nobis de iure commissa omnium ecclesiarum profectum et commoda sicuti ex debito nobis
pastoralis incumbit officii studiosis intendimus assiduis et cum statim quod rerum personarum constantiam
terminum in melius diriget ac vberiores eas honoris titulis attollit studemus vtiles illis gratiam
conferentes auditum per quem sterquilinium denotamus ardore precorum ipsorum laudabiliter promptis benignis
amplectimur affectibus et pro earum impetratione salutis obtinet diuinorum cultus continuum suscipiat
incrementum Dudum pro parte dilecti filii Nobilis viri Philippi ducis Burgundie nobis